

FLORES PHILOSOPHIÆ
SINICÆ,

quos,
cum Europææ minime contrariantur,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO AC DOMINO,
DN. FRIDERICO AVGVSTO,

ELECT. SAXON. HEREDE,
&c. &c. &c.

PRÆSIDE

VIRO CELEBERRIMO

DN. CHRISTIANO Röhrensee/

Phil. Pract. PP. & Elect. Alumn. Ephoro
gravissimo,

*Patrono Studiorumque Promotore omni
observantia genere colendo,
publico eruditorum examini,*

in Auditorio Majori,

Celeberrimæ VVittenberg. Academiae,

subjicit

M. JUSTUS Schöpffer/

Qvedlinburg.

Anno eoque Academiae Jubilæo M DCC II. die XI. Octobr.

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO,

W. philos. spec. Page VI. 10.



ist. philos.

30,22.

BIBLIOTHECA

UNIVERSITATIS

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM

STREPTOPHYLLUM



**FLORES
PHILOSOPHIÆ SINICÆ.**

Thesis I.



Agnum virorum principium sciendique institutum consistit, in expoliendo sive excolendo rationalem naturam a Deo inditam.

*Vid. Confutii Scientia Sinensis. Lib. I.
fol. I. p. I.*

Thes. II.

Volentes polire rationalem naturam

1.) perficiant intellectum & ad summum, quem possumus, apicem perducant.

A 2

2.) Ve-

2) Verificent, sive veram, sinceram ac ab omni fallacia fictioneque immunem reddant suam intentionem seu voluntatem.

Confut. Scient. Sin. L. I. f. 1. p. 2. §. 1.

Thes. III.

Perfectio rationis, sive ad summum apicem perductio vis intellectivæ consistit in penetrando sive exhauriendo res omnes seu rerum omnium rationes.

Confut. loc. cit.

Thes. IV.

Recta exterioris hominis compositio consistit in recta interioris seu cordis compositio, & huic illam famulari debere uti Dominæ, & ab hac, si quando exorbitet aut repugnet freno rationis cohiberi ac domari.

Confut. loc. cit. f. 8. p. 1. §. 1. p. 15.

Thes. V.

Rectificandus est animus Philosophi perdomando scilicet recteque moderando affectiones suas & appetitus. Si enim animus
prava-

pravarum affectionum impetu abreptus non
constet sibi, tametsi apertis oculis aspiciat, est
tamen velut non videns.

Confut. Lib. I. f. 1. p. 2. §. 2.

Thes. VI.

Philosophus personam propriam recte
componat probisque moribus excolat.

Ibidem.

Thes. VII.

Propriæ Personæ compositio ejusque ne-
cessitas consistit in eo, ut homo pro diver-
sa singulorum quibuscum agit qualitate &
exigentia, diversimode erga singulos sit affe-
ctus.

Confut. loc. cit. f. 8. p. 2. §. 1.

Thes. VIII.

Obedientia erga superiores, observantia
erga majores & benignitas erga pares & infe-
riores, sunt tria recta suæ ipsius compositionis
fundamenta.

Confut. f. 9. p. 1. §. 1. p. 18.

Thes. IX.

Melius est uni male esse, ut bene sit toti

A 3

popu-

populo, quam populo male esse, & uni bene.

Confut. l. c. p. 2. §. 2.

Thes. X.

Quæ tu averfaris in superioribus, ne agas cum inferioribus, & quæ averfaris in inferioribus, ne agas cum superioribus.

Confut. l. c. f. II. p. 2. §. I. p. 26.

Thes. XI.

Quod odisti in posteris, in eo ne sequaris antecessores. Quæ denique damnas in iis qui sunt a dextris, ne agas cum iis qui sunt a sinistris & contra.

Confut. l. c.

Thes. XII.

Conservatio & diuturnitas felicitatis ab amore aliorum, amor autem aliorum a virtute, quæ sola hominem facit amabilem, dependet.

Confut. l. c. f. 12. p. 1. §. 1. p. 28.

Thes. XIII.

Quæcunque per fas & nefas corraduntur, eo ipso disperguntur & contra. Sicut enim verbum temerarium ore egressum, etiam temerarium iterum intrat; sic opes per nefas ingressæ,

gressæ, etiam per nefas iterum egrediuntur.

Confut. l. c. §. 4. 5.

Thes. XIV.

Philosophus nihil habet, quod reputet pretiosum, præter solam & unicam rationis culturam & virtutem. *Confut. l. c. §. 6. p. 30.*

Thes. XV.

Perfectus vir sive Philosophus quam sollicitè invigilat cordis sui secreto, & cautus est in internis, quæ solus ipse intuetur; quo deinde fit, ut, qui aliis reconditi & abstrusi sunt, intimi scilicet cordis recessus, ei tamen soli patefcant;

Confut. Lib. II. fol. 1. p. 2. §. 1. p. 40.

Thes. XVI.

Cum radix passionum intima sit naturæ hominis, vel potius ipsamet natura sit illa radix; hæc autem in actus suos vel passiones prorumpat assidue, summa cum vigilantia attendit sibi Vir perfectus, ut has ipsius quoque naturæ freno, quatenus hæc rationis & discretio- nis principium est, moderetur.

Confut. Lib. II. f. 1. §. 2. p. 41.

Thes.

Thes. XVII.

Cor hominis unicum est, duplici tamen nomine & consideratione venit: nam dum privato affectu ducitur, vocatur: *Gin sin*, id est, *hominis cor*. Cum vero ex rectæ legis dictamine agit: *Tao sin*, id est, *rationis cor*, nuncupatur.

Ibidem.

Thes. XVIII.

Hominis cor, sive voluntas, cum sit varium quid, & facile a quovis objecto moveri & flecti se patiatur, res est periculis semper obnoxia: idem cor vero seu voluntas ad bonum & virtutis normam conformata est quid excellens ac reconditum; unde oportet, ut serio examine cor illud identidem depures a pravis & privatis, quæ tacite se se insinuant, affectionibus; Atque ita rectum cor, rectum si a pravo secernas, quo facto rejice penitus, quod est humani & privati cordis & rectam illius cordis legem, veluti unicam tuæ personæ dominam constitue, unum & idem semper servans in omnibus, sic neque in defectu neq; in excessu aberrabis.

Confut. loc. cit.